



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XV. de Sagittariis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

spoliandus : quamvis cum tali potest dispensari per Episc. Quæ facultas dicitur d. c. 2. Sess. pta Episcopis per Con. Trid. ex decreto, ac posteriorum Pont. Constitutionibus pleraque etiam alia hic immutata sunt, & severius punita duella. In Belg. hac de re habemus Edictum Principis nostrorum an. 1620. 27. Feb.

## TIT. XV.

## De Sagittariis.

Qui & ars Balistariorum ac Sagittariorum causam homicidio præstare solet, maxime si exerceatur, ubi quando & versus quos non oportet.

1. *Quis dicitur Sagittarius, & qui Balistarius?*

**S**agittarius dicitur, qui sagittas non quidem majori, sed minori exercet : cujus usus olim in bello fuit; & hodie etiamnum est apud Turcas, Sarmatas &c. Balistarius vero, qui balista utitur, quæ fuit machina bellica etiam Romanis usitata, eaque major, qua saxa gravia & grandiora jaciebantur ad quassandos & evertendos muros.

2. *Quæ est pœna artem hujusmodi exercentium?*

Quod si quis ea utatur adversus Chri-  
 stianos & Catholicos, poena est excommu-  
 nicatio: quia ars illa mortifera & odibilis  
 est, & plerumque injusta. Aliud injustum *c. un. b. t.*  
 belli justitia, ubi licitum est pugnare qui-  
 buscunque armis. Qui vero dictam ar- *Abbas hic*  
 tem exercendo aliquem occiderit, incur- *num. 1.*  
 rit irregularitatem, quia versatur in re il-  
 licita.

(Omissus & sequens Titulus ab Autore,  
 ideoque ibidem suppletus ex Vallensi.)

TIT. XVI.

De Adulterio & Stupro.

Superioribus Titulis actum est de homi-  
 cidio, & quibusdam actibus, per quos  
 ad homicidium quandoque perveni-  
 tur, quibusque corpus & vita læditur  
 proximi: sequitur ordine Decalogi, id  
 est, Legis antiquæ, decem præcepta  
 continentis de adulterio & stupro (ita-  
 nim in præcepto est: *Non occides.*  
*Non mæchaberis*) cæterisque illiciti  
 concubitus generibus, quibus vel tho-  
 rus proximi violatur, vel pudicitia læ-  
 ditur.

1. Quid est Adulterium?

Quamvis Adulterium, generaliter  
 sum-